1906

quominus euadendo Ilac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Sabbatho post Dominicam Misericordiae proximo Anno Dñi Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo:

26/IV

Kopystynska Nanowskiey Donat.

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Ca
257 strens Capitan Premislien Nobilis Zophia Kopystynska, olim No
bilis Iwan Nanowski Consors legitima # Sana mente et corpore existens
a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et
competen recedendo praesenti Vero Castren Capitan Premislien Iuris
dictioni quoad Actum modernum attinet, Secum Bonis ac bonis
suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo
palam libere publice ac per expressum requit. Quia ipsa Bona
sua propria et haereditaria infrascripta Villae Certam sortem Na
nowska nuncupatam in Bonis Villae Therce iacen et consisten per
se Recognoscentem a praedicto Marito suo Iure perpetuo Donatio
nis acquisitam. Cum omni praemissorum Iure Dominio proprietate
haereditate titulique haereditario, cumque omnibus et singulis bonorum
eorundem Vtilitatibus, Fructibus, Prouentibus, reddititibus commodis
emolumentis obuentionibus, Fum, agris, Pratis, Campis Pascuis

\# derelicta Vidua

Pascuanis

Pascuariis Sylvis Borys, gais, nemoribus, Indaginibus, rubetis, Vepretibus Virgultis, mericis, Villagiis, Lacubus Paludibus, fluviis, fluminibus, torrentibus, aquarum decursibus Hortis, pomariis, attinentiisq et pertinentiis generaliter Universis, Nihil ex praemissis dictis Dominii proprietatis, ac cuiusuis competentiae, et prorogativae pro se Recognoscente suisq Successoribus, aut quopiam alio reservando seu excipiendo, sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis genere per speciem et e contra in nullo derogando Verum prout eadem bona seu Sortem ipsamet Recognoscens tenuit habuit et possidebat ipsamq concernebant, ac eidem legitime seruiebant. Jam ex nunc et de facto Nobili Annae Hanowska sui Recognoscentis Filiae eiusq posteris, dedit donauit Inscripsit et resignauit, prout dat Donat, ac titulo purae merae et irreuocabilis Donationis praesentibus inscribit et resignat perpetuo et in aeuum irreuocabiliterq. In quae quidem bona supradicta seu Sortem praesentibus per se Recognoscentem Donatam et resignatam. Eadem Recognoscens Nobilis Zophia Kopystinska olim Nobilis Iwan Hanowski Consors legitima derelicta Vidua supradictae Nobili Annae Hanowska sui Recognoscentis Filiae eiusq posteris Jam ex nunc et de facto Coram Officio praesenti, dat et admittit realem Intromissionem et actualem pacificamq possessionem per Ministerialem quemcunq competentem et Nobiles duos die quacunq Voluerint Officiose acceptandam Per ipsam Nobilem Annam Hanowska Filiam et Donatariam suam et ipsius Successores haec eadem Bona seu Sortem praefatam praesentibus Donatam cum omni Iure Dominio proprietate competentiaq et prorogatiua quae
Subditis Cmethonibus, et aliis Incolis in praefata Sorte Residentibus.

uis tenendi, habendi, et possidendi, illosq quiete et pacifice
Vsufruendi ac ad suos suorumq Successorum quosuis beneplacitos
Vsusfructus libere, et effectualiter convertendi perpetuis et diu-
ternis temporibus. Debetq et tenetur Memorata Recogno
scens quit se ac suos Succes(so)res, in et super bonis suis generaliter
omnibus Summisq pecuniariis quibusuis habitis et haben(dis) supra
scriptae Donatrici suae eiusq posteris inscribit et Obligat prae-
sentibus ipsam et eius Succes(so)res in dictis bonis praesentibus Do-
natis et ratione eorundem omnium, ab omni et quauis impeti-
tione Juridica quarumcunq personarum, cuiuscunq conditionis
Status et Sexus cuiusuis extiterint exoriunda, per omnes praescri
ptiones Terrestres quit ad quamlibet personam Terrestris spe-
ctat et pertinet praescriptio in omni Judicio et Officio Regni
semper toties quoties opus fuerit tueri defendere euincere, inter-
cedere et eliberare indemnemq cum posteris reddere. Nec non
bona p(rae)fata praesentibus resignata, ab omnibus in genere Juribus
et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super eisdem Bonis
praesentibus per se Recognoscen(tem) Donatis, cuicunq personarum
modo quouis factis et faciendis, tum etiam a quibusuis Citationibus
super eadem Bona p(rae)missaq omnia p(raese)ntibus resignata importatis
et importandis Lucris denique et Perlucris Processibusq Juris qui
busuis in quocunq puncto et gradu Juris dependentibus et in quo
uis Judicio et Officio Regni obtentis et obtinendis ac sup(er) p(rae)missis
omnibus praesentibus resignatis modo quouis perductis et per

ducen(dis)

ducess emundare et eliberare, mundaq et liberam semper facere
ac etiam Intromissionem Citatam Coram Officio Praesenti admissam
in Fundo bonorum Citatorum Praesentibus resignatorum, dum per Mi-
nisterialem et Nobiles duos Officio requiretur non denegare
imo debebit et tenebitur, eandem libere dare et effectualiter ad-
mittere, dataq et admissa eadem Possessionem et Usumfructum prae-
missorum omnium et singulorum quovis modo tam per se quam
per suas quasvis submissas et subordinatas personas non prae-
pedire nec adimere ipsamq Donatricem suam ac ipsius Successores
in dictis Bonis praesentibus resignatis Praemissisq omnibus tam in
toto tam in parte non iniuriari ita Ut eadem Bona Praemissaq om-
nia praesentibus resignata Cum Universis eorundem Utilitatibus et
Usufructibus Eadem Donatrix cum suis posteris quiete et pacifi-
ce Praesentis Inscriptionis Donationis Vigore tenere, habere, et posside
re queat, illisq Utifrui possit perpetuo et in Aevum irrevocabiliter
Idq sub Damnis Terrestribus simpliciter absq corporali Jura
mento taxandis per eandem Recognoscentem sive illius Successores
Praenominatae Donatrici suae aut illius posteris, ob non completio
nem Praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto
toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendis. Pro quo-
bus quidem Damnis Terrestribus simpliciter absq corporali Ju-
ramento taxandis, modo Praemisso ad solvendum succubitis
ac pro re aliqua Principali expressis non completa complenda,
Citata existens Memorata Recognoscens Nobilis Zophia Ko
rystynska olim Nobilis Iwani Nanowski Consors legitima derelicta

Vidua sine eius posteri Ad Instantiam Praefatae Nobilis Annae Narowska sui Recognoscentis Filiae Donatricis suae, sive eius Successorum Ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense Ex hinc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio Stare Iuri parere respondere Damna Praetacta simpliciter absque corporali Iuramento taxanda luere Inscriptioni praesenti satisfacere ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur. Seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et Obligat praesentibus Illum Terminum primum peremptorium Uti et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios Vera infirmitate pro maiori minorennitate Successorum legatione intra Vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta ad Quietorem Vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietonem praeterea Ultra quos Officii Praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo Nullasque Nominationes appellationes ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus Vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus Iuris Generalis Terresti bello Conventioneque ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo Nec modo aliquovis evadendo. Ita de sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Popielska Cum Bielski Ensifero Lublinensi Cedit.

Copia Comparens personaliter Coram Officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus